

COROLLARIA  
DE MYSTERIO TRINITATIS

EX CAP. I. V. I. & 2. GENESEOS,

ET ALIIS

EX FONTE HEBRAEO & PARAPHRASIBUS  
CHALDAICIS DEDUCTA,

UNA CUM

POSITIONIBUS

EX

FONTE HEBRAEO SELECTIS.

QUAS

AD MAJOREM DEI GLORIAM

PRAESIDE

P. ALEXIO à S. AQUILINO

CARMELITA DISCALCEATO

Ss. THEOLOG. DOCTORE, IN ALMA ET ANTIQUISSIMA  
UNIVERSITATE HEIDELBERG. LINGUAR. ORIENT.  
PROFESSORE PUBL. ORD.

PRO

BACCALAUREATUS THEOLOGICI GRADU

PROFUGNABIT

HIERONYMUS JOSEPHUS BONN,

*Ladenburgensis,*

Philosophiæ Magister, Ss. Theol. & Ss. Canon. Auditor  
emeritus. S. E. P. Alumnus & Titularis Clericus.

IN AULA ACADEMICA

DIE AUGUSTI MDCCLXXXI.

Horis ante meridiem consuetis.

---

POST DEFENSIONEM BACCALAUREATUS CONFERETUR.

---

Typis Joannis Bapt. WIESEN, Univerf. Typogr.

COROLLARIA  
DE MYSTERIO TRINITATIS.

§. I. *ψ. 1. & 2. Cap. I. Geneseos.* בְּרֵאשִׁית  
בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ . . . . . וְרוּחַ  
אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל-פְּנֵי הַמַּיִם :

*Lat.* In principio creavit Elohim (i. e. *Dii sive Divini*) caelos & terram. . . . Et Spiritus Elohim motitans, sive incubans super facies aquarum.

§. II. *Expositio SS. PP verborum τ& In principio creavit.* S. Hier. in Quæst. Hebr. in h. l. per τ& בְּרֵאשִׁית in principio de Filio Dei accipi posse admittit triplici ex ratione. 1. Quia ita „ tam in ipsa fronte Geneseos, quæ „ caput librorum omnium est, quam etiam in „ principio Joannis Evangelistæ cæli & terræ „ conditor adprobatur. 2. Unde in Psalterio „ de se ipso ait: *In capite libri scriptum est de „ me, id est in principio Geneseos.* 3. Et in „ Evangelio: *Omnia per ipsum facta sunt, & „ sine ipso factum est nihil,* „ addi hic potest illud ad Hebr. 1. *ψ. 2. Per quem fecit & sæcula.* Pariter verba illa de Personis Divinis explicant S. Aug. lib. 1. de Genes. ad Lit. S. Basil.





eos &c. ε. S. Hier. in h. l. „Pro eo quod  
 „in nostris codicibus scriptum est ferebatur,  
 „in Hebræo habetur: מְרַחֵפֶת Merachephet,  
 „quod nos adpellare possumus incubabat,  
 „sive confovebat in similitudinem volucris,  
 „ova calore animantis. Ex quo intelli-  
 „mus, non de spiritu mundi dici ... sed de  
 „Spiritu Sancto, qui & ipse Vivificator om-  
 „nium a principio dicitur. Si autem Vivi-  
 „ficator consequenter & Conditor, & Deus.  
 „Emitte enim Spiritum tuum & creabuntur. „  
 Psal. 104. (Vulg. 103.) v. 30.

Hic itaque est Spiritus ille, de quo Job.  
 26. v. 13. בְּרוּחוֹ שָׂמַיִם שִׁפְרָה In Spiritu  
 ejus pulchritudo cælorum, i. e. cælos deco-  
 ravit & 33. v. 4. Spiritus Dei fecit me. רִיחַ  
 אֱלֹהִים עָשָׂה לִּי

§. IV. Conferuntur cum illo Gen. I. v. 1.  
 2. alia loca, in quibus de Deo Creatore agitur.  
 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ וּבְרָא  
 אֱלֹהִים אֶת-הָאָדָם בְּצַלְמוֹ וּנְו'  
 Et dixit Elohim *faciamus* hominem ad ima-  
 ginem *nostram* (en pluralitas) .... Et creavit  
 Elohim hominem ad imaginem *suam* (en uni-  
 tas)



tas) ... Ad imaginem, בְּצֶלֶם אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ  
Elohim creavit illum. (*En iterum pluralitas  
& unitas.*) Gen. 1. v. 26. 27.

Idem inter se loquuntur Gen. 3. v. 22.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים הֵן הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ  
Et dixit Jehova Elohim: Ecce Adam fuit  
vel factus est sicut unus ex nobis.

Memento Creatorum tuorum זְכוֹר אֶת-בוֹרְאֶיךָ  
Eccl. 12. v. 1.

יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל בְּעֲשָׂיו  
Lætetur Israel in Factoribus suis. Psal. 149.

v. 2. Pluralitatem mox sequitur unitas: בְּנֵי  
צִיּוֹן יִגִּילוּ בְּמִלְכָם  
Filii Sion exultent in Rege suo l. c.

Idem observamus in sequentibus:

כִּי בִּי בְּעֲלֶיךָ עֲשִׂיךָ יְהוָה צְבָאוֹת שְׁמוֹ  
Quia Mariti tui Factores tui Jehova exerci-  
tuum nomen ejus. Isa. 54. v. 5.

אֵיךְ אֱלֹהֵי עֲשָׂיו  
Ubi Deus Factores mei. Job. 35. v. 10.

כִּי בְּדִבְרֵי יְהוָה שָׁמַיִם נִעְשׂוּ וּבְרוּחַ פִּי כָל-צְבָאוֹת  
In Verbo Jehovæ cæli facti sunt & in Spiritu  
oris ejus omnis exercitus eorum. Psal. 33.  
v. 6. Conf. Job 26. v. 13.



§. V. Corollaria ex his §§. deducta.

1. Unus est Deus. § I. § IV. lit. a. d. e.
2. Principium, in quo Deus cælum & terram creavit, est Filius Dei. § II. § IV. lit. ζ.
3. Ruach Elohim Gen. I. ψ. 2. non fuit ventus validus, sed Spiritus Sanctus. § III. § IV. lit. ζ.
4. Pluribus igitur communis est actio creativa. § IV. lit. a. β. γ. d. e. ζ.
5. Hi plures sunt unus Deus. § IV. lit. a. γ. d. e.
6. Verba itaque illa Bara Elohim Gen. I. ψ. 1. Myſterium pluralitatis Personarum in una eſſentia indicare multis recte videntur; præcipue ſi conferantur cum his & permultis aliis S. Scripturæ locis.

§. VI. Alia Oracula, Quibus iſtorum Elohim i. e. Divinorum Divinitas, realis Diſtinctio, perfecta Aequalitas, Personalitas, Numerus & Nomina ſunt revelata.

וַיִּהְיֶה הַמָּטָר עַל-סוּדוֹם ... גַּפְרִית וְאֵשׁ מֵאֵת יְהוָה

a Et *Jehova* pluit ſuper Sodomam ... ſulphur



phur & ignem a cum Jehova (i. e. ille, qui est a Jehova, & cum Jehova) Gen. 19. v. 24.

נָאֵם יְהוָה לְאַדְנֵי יְשֵׁב לְיְמִינֵי

β Dixit Jehova Domino meo sede a dextris meis. Psal. 110. (Vulg. 109.) v. 1. Conf. Matth. 22. v. 44. Act. 2. v. 34. ad Heb. 1. v. 13. Dominus (Hebr. אֲדֹנָי עַל יְמִינֶיךָ Adonai, qui juxta Patres græcos v. 1. Jehova nominatus fuit) a dextris tuis. v. 8. *Duo iterum nominantur Domini (Hebr. unus Jehova, alter Adonai) utrumque nomen est proprium Deo.*

δ Isa. 60. v. ult. Jehova loquitur:

אֲנִי יְהוָה בְּעַתָּה אֲחִישׁ נֶחֱמָה: רוּחַ אֲדֹנָי יְהוָה עָלַי יֵעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי לְבִשָׁר עֲנוּיִם שְׁלַחֲנִי

Ego Jehova in tempore suo subito faciam illud. (Idem Cap. 61. v. 1. profequitur) Spiritus Adonai Jehovæ super me, eoquod unxit Jehova me, ad annuntiandum mansuetis misit me.

*Adverte.* Hic Jehova 1. dicit, quod Spiritus Adonai Jehovæ fuerit super se, 2. quod unctus sit a Jehova, 3. missus a Jehova. Conf. Luc. 4. v. 18. Psal. 45. (Vulg. 44.) v. 7. 8. ad Hebr. I. v. 8.



ε If. 48. ψ. 16. ait iterum Jehova juxta ver-  
fus præcedentes, præsertim ψ. 12. 13.

וְעַתָּה אֲדֹנָי יְהוָה שְׁלַחְנִי וְרוּחוֹ

Et nunc Adonai Jehova misit me (Jhovam  
ψ. 12. 13. &c.) & Spiritus ejus.

S. Hier. in h. 1. *Brevi versiculo Trinitatis no-  
bis ostenditur Sacramentum.*

Conf. Evang. & Epist. Apost. In his Jeho-  
va certo quinquagies a Deo Patre missus di-  
citur.

Insuper hoc mysterium nos edocent Sera-  
phim Isa. 6. ψ. 3. clamantes:

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת

Sanctus, Sanctus, Sanctus Jehova Exerci-  
tuum. Et Isa. qui eodem c. ψ. 8. audivit Divi-  
nas Persona inter se loquentes : אֶת־מִי אֲשַׁלַּח :  
Quem mittam, (en Deus natura unus) וְמִי יֵלֶךְ -  
& quis ibit nobis? (en plures Personæ.) לָנוּ

יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִידִי אֲתִירָךְ :

ζ Jehova dixit ad me filius meus es tu (ut  
Jehova omnem offensionis lapidem omnemque  
æquivocationem tolleret, addidit rationem.) Ego  
hodie genui te. Psal. 2. ψ. 7. Conf. ad Hebr.  
1. ψ. 5. Joan. 1. ψ. 34. Matth. 3. ψ. ult.





הוא יקראני אבי אֵתְּהָ אֵלֵי וְצוֹר יִשׁוּעָתִי:  
אֶתְּאֵנִי בְּכֹר אֶתְּנֶהוּ עֲלֵיוֹן לְמַלְכֵי-אֲרָץ:

» Ipse invocabit me Pater meus es Tu, (id-  
que merito fuit enim ab ipso genitus Pſal. 2.  
v. 7.) fortitudo salutis meæ. Etiam ego po-  
nam eum *excelsum* (Hebr. *Eljon* est unum e  
nominibus Dei. Gen. 14. v. 18. Pſal. 83.  
v. 19. Pſal. 91. v. 1. Pſal. 92. v. 1 &c.) vel  
*altissimum* regibus terræ. Pſal. 89. v. 27. Conf.  
Apoc. 1. v. 5. 19. v. 16. ubi in græco: καὶ  
ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ  
ὄνομα γεγραμμένον, βασιλεὺς βασιλέων καὶ κύ-  
ριος κυρίων. Et habet in vestimento & in fe-  
more suo nomen scriptum: Rex regum, &  
Dominus Dominorum. Vid. 1. ad Tim. 6.  
v. 15. Conferri adhuc poterunt. Matth. 11.  
v. 25. Joan. 12. v. 27. 17. v. 11. 10. v. 15.  
Luc. 23. v. 46.

מִי עָלָה-שָׁמַיִם וַיֵּרֵד מִי אֶסְפְּרוּתָהּ בְּחַפְּנָיו מִי צָרַר  
מִי בַשָּׁמַיִם מִי הַקִּיּוֹם כֹּל-אֶפְסֵי-אֲרָץ מִה־שָׁמוֹ  
וּמִה־שָׁם-בָּנוּ כִּי יִתְדַע:

» Quis ascendit in cælum, & descendit?  
(lege Jo. 3. v. 13. *Et invenies est enim filius  
hominis, qui qua filius Dei in cælo est Et de*



cælo descendit.) Quis congregavit ventum in pugillis suis? quis ligavit aquas in vestimento? quis fecit stare omnes fines terræ? (*En sermo hic est de Deo Creatore.*) Quod nomen ejus, & quod nomen filii ejus, (*ergo habet filium.*) Si nosti? Prov. 30. v. 4.

וְנָחָה עָלָיו רוּחַ יְהוָה רוּחַ הַקְּדָמָה וְנָחָה  
 Et requiescet super eum (i. e. על נֶצֶר *super florem: ortum e radice Jesse sive super Nazaraeum*) Spiritus Jehovæ, Spiritus Sapientiae &c. Isa. 11. v. 2.

Requievit autem super eum Luc. 3. v. 22. nam „*Descendit Spiritus Sanctus corporali specie .... in ipsum, & Vox Patris de caelo facta est: Tu es filius meus dilectus.*” Conf. Isa. 48. v. 16. & 61. v. 1.

רוּחַ יְהוָה דִּבֶּר בִּי וּמָלְתִּי עַל-לְשׁוֹנִי  
 x Hic Spiritus locutus est per os Davidis ut ipse fatetur: Spiritus Jehovæ locutus est per me, & sermo ejus super linguam meam. 2. Sam. 23. v. 2.

וְהָיָה אַחֲרַי בֶּן אֲשֵׁרֹף רוּחִי עַל-בֶּל בְּשָׂר .....  
 בְּיָמַי הַקְּדָמָה אֲשֵׁרֹף אֶת-רוּחִי  
 λ Spiritus iste omni carni promissus fuit.



Joel 2. v. 28. Et erit post hæc effundam Spiritum meum super omnem carnem.....  
In diebus illis effundam Spiritum meum, qui revera datus est. Act. 2. v. 2.

§. VII. Corollaria ex hoc §. deducta.

1. Quivis eorum Elohim est Jehova, id est Verus Deus. *δ. ε.*
2. Sunt realiter inter se distincti. *α. δ. ε.*
3. Sibi perfecte æquales. *α. β. δ. ε.*
4. Suntque veræ Personæ; (actiones enim, uti sunt: accelerare opus, mittere, ungere, federe a dextris &c. *β. δ. α. ε.* sunt suppositorum.)
5. Et quidem tres. *δ. ε. ι.*
6. Pater & Filius *ζ. η. θ. ι.* Conf. § IV. lit. *ζ.*
7. Et Spiritus Sanctus. *ε. ι. κ. λ.* Conf. § III. & § IV. lit. *ζ.*

§. VIII. *Doctrina Paraphrastarum Chaldaeorum circa hoc mysterium.* Paraphrastæ hi in suis paraphrasibus Chaldaicis voce illa *מִמְרָא* Memar vel *מִמְרָא* Memra *Verbum* persæpe utuntur in iis præcipue locis, in quibus de Deo triuno, & de secunda in Trinitate



tate Persona sermo occurrit, atque Eidem omnes Divinitatis dotes adtribuunt.

Ita Paraphraſtes Jerofolimitanus *a* Gen. I. *v.* 27. vertit: וְבָרָא מִיְמָרָא דִּי יְת אָדָם בְּרֵמוּתֵיהּ בְּדְמוּת מִן קָדָם יְהוָה בְּרָא יְתִיה  
 Et creavit *Verbum* Jehovæ hominem in ſimilitudine ſua coram Jehova creavit eum.

Idem *β* Gen. 3. *v.* 22. וַיֹּאמֶר מִיְמָרָא דִּי יְת אֱלֹהִים הָא אָדָם דְּבְרִית יְתִיה יְחִידִי בְּגוּ עֲלָמִי הִיךְ מַח דְּאָנָא יְחִידִי בְּשֵׁמִי מְרוּמָא

Et dixit *Verbum* Jehovæ Dei: Ecce Adam, quem creavi, Unigenitus eſt in mundo, ſicut ego Unigenitus in cælis excelfis ſum.

Jonathan *γ* If. 44. *v.* 24. אָנָא יְיָ עֲבִיד כּוֹלָא תְלִית שְׁמֵיָא בְּמִימְרֵי אָנָא יְהוָה  
 Ego Jehova Conditor *in* Verbo meo, vel omnium appendi cælos in Verbo meo, vel per verbum meum.

Idem If. 45. *v.* 12. אָנָא בְּמִימְרֵי עֲבָדִית אֲרָעָא וַאֲנָשָׂא עָלָה בְּרִיתִי

Ego in *Verbo* meo feci terram & hominem ſuper eam creavi. Conf. § I. II. & IV. lit. ζ.

Hoc *Verbum* Onkelos nominat Deum *δ* Gen. 28. *v.* 15. ait Deus ad Jacob: Et ecce *Verbum* meum יְהוָה in adjuto-  
 rium



rium tuum erit. Et  $\psi$ . 21. Jacob vovit:  
 וְאַתּוֹב בְּשָׁלֹם לְבֵית אָבִי וַיְהִי מִימְרָא דְיָי לִי לְאַלְרָא  
 Et si reversus fuero in pace in domum patris  
 mei: & erit mihi Verbum Jehovæ in Deum.

Et qui in Textu Hebræo e Gen. 19.  $\psi$ . 24.  
 dicitur Jehova, in paraphrasi Jerosolymitana  
 dicitur Jehova, in paraphrasi Jerosolymitana  
 dicitur Memra Jehovæ, legitur  
 enim: וּמִימְרֵיהּ דְיָי הָיָה מְהִיתָ עַל עָמָא דְסְדוּם  
 וְעִמּוּרָהּ מְטָרִין ..... גּוֹפְרִיתָא וְאַשְׁתָּא מִן קִדְם  
 יְיָ מִן שְׁמַיָא

Et *Verbum* ipsius Jehovæ fuit descendere fa-  
 ciens super populum Sodomæ & Gomorrhæ  
 pluvias..... Sulphur & ignem a conspe-  
 ctu Jehovæ e cælis. Conf. § VI. lit.  $\alpha$ .

Imo dicitur sedere a dextris Jehovæ. Ita  
 in Paraphrasi Chaldæa Jonathæ § Psal. 110.  
 $\psi$ . 1. אמר יהוה Dixit Jehova תב לימני  
 למימדיה תב לימני אמר יהוה *Verbo suo*: sede a dextris meis. (Hic fuit  
 locus, ex quo Increatum & Incarnatum  
 Verbum Matth. 22.  $\psi$ . 44. contra Judæos in-  
 victe probavit divinitatem suam) ideo in mo-  
 dernis codicibus expunctus, vel corruptus  
 legitur, vel ut Galat. lib. VIII. Cap. 24. ait:  
 Moderni Judæi non habent paraphrasin Jo-  
 nathan



nathæ sed quam habet est R. Akilæ sive Josephi cæci. Ast בספר קפוצים id est in libro collectionum sive sententiarum sapientum adhucdum retinetur sequentibus verbis: אמר רבי יורדן בשם ר' חמה לעתיד לבא הקבה משיב מלך המשיח לימינו שנ' נאם יהוה לארני שב לימיני ותרגום יונתן בן עוזיאל אמר יהוה למימריה

Dixit Rabi Jordan in nomine R. Hama: In tempore futuro Deus Sanctus Benedictus faciet sedere regem Messiam ad dextram suam, sicut dictum est: Dixit Jehova Domino meo: sede a dextris meis. Et Targum Jonathæ filii Uziel: Dixit Jehova Verbo suo.

Cum hoc autem præclare concordat illud n Deut 4. v. 7. ubi hoc Verbum in folio sedere atque deprecationes exaudire in Paraphrasi Chaldaica, Jonathani adscripta, dicitur:

ארום יהי דא אומא רבא ראית ליה אלהא קריב  
 לותה בשום מימרא דיי אלהן . . . בידם מימרא  
 דיי יתיב כודסיה רם ומנטל ושמע צלותנה בכל  
 עידו דאנו מצליין קמיה ועביר בענתן

Quo-



Quoniam, quis est populus magnus, cui Deus ita sit propinquus in nomine Verbi Jehovæ Dei nostri..... Verum *Verbum Jehovæ* sedet in folio suo excelsò & elevato, & audit preces nostras, in quo tempore nos oraverimus coram eo, & facit petitiones nostras.

¶ Imo Moses tribum Juda benedicens hoc *Verbum* invocavit in Paraphrasi Jerosolymitana. Deut. 33. v. 7. וַיֹּאמֶר שָׁמַע מִיְמֵרָא דְיְיָ בְּקֶלְ צְלוֹתֶיהָ דִּיהוּדָה וְגו'

Et dixit audi *Verbum Jehova* in vocem deprecationis Judæ &c.

S. Hier. in Os. 9. v. 17. Judæorum abjectionis & per omnes mundi plagas dispersionis causam dat, quia *Verbum Dei*, in hunc mundum missum, non receperunt &c. Idipsum habet Paraphrasis Jonathæ 1. l. c.

יִרְחִיקֵנּוּ אֱלֹהֵי אֲרֵי לָא קִבִּילוּ לְמִימְרֵיהָ וִיהוּן מְטֻלְטְלִין בֵּינֵי עַמְמֵיָא

Elongabit eos, (*Versio latina in Polyglottis Waltonis habet reprobabit eos*) Deus meus, quia non receperunt *Verbum ejus*, & erunt vagi inter populos.

Imo *Verbum ipsum* erit Ultor



וַיְהִי גִבּוֹרָא דְלֵא וְקַבֵּל פְּתוּגְמֵי גְבוּאָתֵי דִּי מִלְּל  
בְּשֵׁמֵי מִימְרֵי יִפְרַע מִנֵּיהּ

κ Deut. 18. v. 19. Et erit vir, qui non suscipiet verba prophetiæ meæ, quæ loquetur in nomine meo, *Verbum meum* vindictam sumet de eo. Conf. Act. 3. v. 22. 23. Jo. 1. v. 45.

Onkelos l. c. מִימְרֵי יִתְבַּעַר מִנֵּיהּ

*Verbum meum* exquiret ab eo.

Non minus & tertiæ in Trinitate Personæ mentionem fecerunt: ita illud Gen. 1. v. 2. Targum Jonathæ adscriptum & Jerosol. vertunt:

וְרוּחָא דְרִיחְמִים מִן קֳדָם יְיָ הוּת מְנַשְׁבָּא עַל  
אַפֵּי מַיָּא

λ Et Spiritus misericordiarum a conspectu Jehovæ fuit flans super superficiem aquarum.

Et Jonathan Deut. 18. v. 18.

גְּבוּיָא אֲקִים לְהוֹן מִבֵּינֵי אַחוּהוֹן דְּרוּחַ קוּדְשָׁא  
בֵּיהּ

μ Prophetam suscitabo illis e medio fratrum suorum, in quo erit Spiritus Sanctus.

Conf. § VI. lit. δ. e. 1.





§. IX. Corollaria ex hoc §. deducta.

1. In Divinis datur illud *Verbum* Jo. 1. per totum §.
2. Est *Unigenitus*. β.
3. Habet igitur Patrem.
4. Creavit. α. β.
5. *Omnia per ipsum facta sunt*. γ.
6. Est *apud Deum*. ε.
7. Sedet in folio excelso. η.
8. A *Dextris Dei*. ζ.
9. Exaudit preces nostras. η.
10. Est auxiliator. θ.
11. Est Deus. δ. ε.
12. Est *Persona*, nam creare, pluere, exaudire &c. sunt actiones, actiones autem sunt suppositorum.
13. Et quidem distincta ab illa, quæ Psal. 110. v. 1. nominatur *Jehova*; sedet enim a dextris ejus. ζ.
14. *In propria venit & sui Eum non receperunt*. θ.
15. De quo *Ipsum Verbum* sicut de aliis injuriis sibi illatis & peccatis vindictam sumet x. Vid. Matth. 16. v. 27. Jo. 5. v. 22.



16. Præter Verbum hoc datur & Spiritus Sanctus. λ. μ.

17. Datur igitur in Divinis Spiritus S. λ. μ. datur Unigenitus. β. Dabitur ergo Genitor, consequenter Pater Filius & Spiritus Sanctus.

*His hucusque relatis non intendimus, quod homines V. T. (paucis exceptis) claram hujus mysterii habuerint revelationem; sed solummodo ostendere conamur, altissimum hoc mysterium in locis citatis a Spiritu Sancto fuisse absconditum, & usque ad tempora lucis evangelicæ reservatum.*

**DILUUNTUR ARGUMENTA ADVERSARIORUM QUAE CONTRA §. V. COR. 6. OBJICERE SOLENT.**

*Præmittenda.* Observamus in hac propositione **אֱלֹהִים** creavit Divini 1. quod **το** **אֱלֹהִים** Elohim sit quidem nomen plurale, habeat tamen singularem scilicet **אֱלֹהַ** Eloah. 2. Est nomen proprium Dei, sicut **יְהוָה** Jehova, **אֲדֹנָי** Adonai &c. 3. To Elohim licet sit in plurali, tamen per totum Textum Hebræum (locis perpaucis exceptis) construitur cum verbo in singulari.

*Jam*



Jam cum adversarii pleraque sua argumenta a pari depromere soleant, adferant ex Textu Hebræo loca paralella, in quibus tria hæc, modo observata, inveniuntur. His præmissis audiamus ea, quæ ordinarie opponi solent.

§. X. Argumentum I. Nomen plurale ab Hebræis jungitur verbo in singulari per enallagen five mutationem numeri. Ita *α*. Gen. 35. v. 26. אֱלֹהֵי בְנֵי יַעֲקֹב אֲשֶׁר יָלַד לוֹ

Isti sunt filii Jacob, qui *natus est* (pro *nati sunt*) ipsi. Eadem mutatio numeri habetur

Exod. 17. v. 12. Num 32. v. 25. β. Esth. 9. v. 23. וְקָבַל הַיְהוּדִים Et *accepit* (pro *acceperunt*) Judæi.

γ. Exod. 31. v. 14. מְחַלְלֵיהָ מוֹת יוֹמָת Profanantes illud (Sabbathum) *morte moriatur* (pro *moriantur*.)

Psal. 87. v. 3. Gloriosa *dictum* נִכְבְּרוֹת מִדְּבַר-בֶּרֶךְ (pro *dicta sunt*) de te. Similia vide Prov. 3. v. 18.

Eundem idiotismum invenies ad Rom. 1. v. 20. 8. v. 28. imo & in profanis scriptori-

bus, ita Diodorus: Τῷ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται πάντα *argento obedit* (pro *obediunt*) omnia.

δ. Et vice versa nomini singulari additur verbum plurale Exo. 1. v. 10. כִּי תִקְרָאנָה מִלְּהָסָה



Si *evenerint* bellum. Prov. 28.  $\psi$ . i. נָסוּ יְרָשָׁע פִּגְרֵי  
*fugerunt* (pro *fugit*) *impius*.

ד. Gen. 33.  $\psi$ . 13. וּמָתוּ כָּל-רֹצְחָיו Et mo-  
 rientur totus Grex. Vid. Gen. 41.  $\psi$ . 57. Isa.  
 34.  $\psi$ . 10.

§. IX. *Responsio*. Inprimis consideranti  
 ad oculum constabit, in nullo, ex omnibus his  
 adductis, tria, in nostra propositione supra ob-  
 servata, inveniri. 2do. Hic ex parte saltem  
 locum habet illud, quod *Houbigant in Notis*  
*suis criticis* in univ. V. T. libros ad c. 5.  
 $\psi$ . 10. Deut. ait: *Enallagas personarum a*  
*grammaticis novis invectas, qui quot menda re-*  
*perere, tot sanxere regularum exceptiones.*

Jam ad singula. Ea, quæ lit.  $\alpha$  objiciun-  
 tur, menda esse videbit ille, qui Pentateu-  
 chum Hebræum ordinarium scilicet Masore-  
 ticum contulerit cum Pentateucho Hebræo-  
 Samaritano; in eo enim juxta ordinarias re-  
 gulas Verbum cum suo nomine concordat.  
 Idem ad  $\beta$ . respondere forte possemus, si  
 codex Hebræo-Samaritanus libros, ibi cita-  
 tos, contineret. Quid enim facilius est, ac  
 pro אָבִיבָא acceperunt scribere אָבִיבָא accepit. Ast

sup-



subposita puritate ad hunc locum, & ad  $\gamma$ . cum Glassio respondemus, Enallagen esse, atque distributionem denotari, sensumque esse E. g. Esth. 1. c. *Quivis Judæorum accepit.* & Psal. 87.  $\psi$ . 3. *Quodcunque gloriosum dictum est de te.* Ad  $\delta$ . Exo. 1.  $\psi$ . 10. Textus Hebræo-Samaritanus iterum regularem numerum habet, & legit:  $\text{כי תקראנו}$  Si *e-venit* nobis bellum; ita & LXX.  $\alpha\upsilon$   $\text{συμβῆ ἡμῖν πόλεμος}$ . Illud autem Prov. 28.  $\psi$ . 1. Glassius modo citatus per partitionem explicat: scilicet *omnes* & *singuli* fugerunt, ad  $\delta$ . Nomina ibi citata sunt collectiva, quæ licet sint singularia, pluralitatem tamen in se continent.

§. XII. *Arg. II.* To Elohim etiam cum verbo plurali construitur, E. g. 2. Sam. 7.  $\psi$ . 23. Gen. 35.  $\psi$ . 7. &c.

§. XIII. *Respons.* Ex hoc ad summum sequitur illud, quod locis cit. tantum pluralitas Personarum locum habeat; non enim ubivis omnia simul revelata sunt.  $\Re$ . 2. Ubi-  
cunque erit dicta constructio, si legatur vel totus versus vel contextus de Elohim aliquid



in singulari prædicabitur aut subjicietur.  
 R. 3. Non est certum, quod pauca ista loca  
 non sint mendosa; sicut probabilius est ille  
 Gen. 35. v. 7. vid. Posit. XXVIII. XXIX.

§. XIV. *Arg. III.* To Elohim dicitur de  
 uno Angelo, de uno idolo, de uno homine,  
 E. g. Moyse Exo. 7. v. 1. & Moses solius Dei  
 veri cultor Exo. 20. v. 2. eadem phrasi utitur,  
 dum de diis falsis ait: לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים  
 אֲחֵרִים. Non sit (pro sint) tibi dii alieni; nul-  
 lus autem dicet, quod in his lateat myste-  
 rium.

§. XV. *Respons.* Dicitur de uno Mose,  
 & de uno Angelo, quia hi erant vicarii Dei  
 Triunius. Dicitur de uno idolo, quia gen-  
 tes apostatæ idola sua, quæ Deos veros esse  
 crediderunt, nomine soli Deo vero proprio  
 compellaverunt, juxta illud Sap. 14. v. 21.  
*Hæc fuit vitæ humanæ deceptio quoniam aut  
 adfectui, aut regibus deservientes homines in-  
 communicabile nomen lapidibus & lignis impo-  
 suerunt: Et Moyse eundem modum loquen-  
 di tenuit, aut juxta superius dicta §. XI. ad γ.*  
 sensus est: *Non sit tibi Dii alieni i. e. Nullus*

Deo-



*Deorum alienorum sit tibi in Deum.* Accedit, quod אֵל non interdum idem sit ac nullus; Eg. 2. Reg. (Vulg. 4. Reg.) v. 24. לֹא נִשְׂאָר non (id est *nullus*) relictus fuit.

§. XVI. *Arg. IV.* Similis phrasis sive enallage quandoque ponitur  $\alpha$ . ad denotandam rei magnitudinem & excellentiam; ita Job 40. v. 10. בְּהֵמוֹת bestiae pro bellua maxima, Psal. 22. v. 4. תְּהִלּוֹת laudes Israel i. e. perfecta laus.  $\beta$ . Ad exprimendam dominantis dignitatem, majestatem, potentiam scil. in בַּעַל & אֲדוֹן dominus seu herus.

§. XVII. *Respons.* Ad similia recte dicit Jac. Capellus in Jo. 1. v. 1. Hæc phrasis primum in Divinis usurpata ad mysterium designandum, deinde ad alia, ab ignorantibus etiam hoc mysterium, translata est, ut designaretur ejus, de quo agitur, majestas, potentia, vel alia in tali idiotismo latens ratio, ad  $\beta$ . respondet Glassius Phil. sacr. Lib. 3. Tr. 1. Can. 25. אֲדוֹן & בַּעַל esse nomina adpellativa, quæ significant dominium, ast Elohim esse nomen proprium, a rad. Arab. אָלָה adoravit derivatum, & significare Nu-



*men adorandum, consequenter inter hæc duo nullam institui posse paritatem.*

*Adverte 1. Enallage est idiotismus plane extraordinarius, & ideo non nisi perraro occurrit, uti in omnibus exemplis, hucusque adductis, patet. To autem Elohim, uti iterato jam dictum fuit, ferme semper eodem modo usurpatur, ergo latet mysterium.*

*Adverte 2. Quod in nullo, ex citatis exemplis tria illa, superius § notata, locum habent; ergo est exemplum sine exemplo.*

*Denique ad §. VIII. adhuc animadvertimus antiquos gentiles & Philosophos adeo quandam Verbi Dei habuisse cognitionem. Ita a. Græci quidam ex veteribus Chaldaeorum libris citant illud: ἐξ ἑ λόγος καὶ ἡλιος καὶ σελήνη. Ex Verbo sol & luna. β. Philo ex mente Platonis Verbum vocat ὄνομα Θεῶν, εἰκόνα & υἶόν Θεῶν Nomen Dei, Imaginem & Filium Dei. δ. Amelius Platonicus lecto illo Jo. 1. v. 1. questus est, Evangelistam in suum librum transtulisse magistri sui mysteria. ε. Saraceni in suo Corano Jesum vocant Verbum.*

*In Cap.*





## POSITIONES DOGMATICO-PHILOLOGICO- SCRIPTURISTICAE.

PRAELIMINARES AD FONTEM HEBRAEUM:

I. *Lingua omnium prima est Hebræa, eaque fuit infusa proto-parentibus nostris.* II. *Hac lingua plerique V. T. libri fuerunt conscripti.* III. *Et quidem characteribus Samaritanis, id est libri, qui ante captivitatem Babyl. literis consignati sunt.* IV. *Consequenter sine punctis vocalibus, accentibus, aliisque notis Masoreticis.* V. *Hæc enim modo post tempora S. Hieronymi a R. R. Tiberiensibus fuerunt addita.* VI. *Ideo licet sint magnæ utilitatis, non tamen sunt divinæ auctoritatis.* VII. *Textus Hebræus nunquam fuit malitiose aut substantialiter corruptus.* VIII. *Caret tamen primæva sua puritate.* IX. *Præter ordinarium Pentateuchum Hebræum alius Pentateuchus Hebræo-Samaritanus a tempore Mosis ad nostra usque tempora fuit conservatus.* X. *Is multis in locis purior est Pentateucho Hebræo, vid. a Posit. XXIV.* XI. *תקין סופרים Tukkin Sopherim id est correctio scribarum sine fundamento a quibusdam adferitur.* XII. *Nec*



מִשְׁנָה Mischna, nec גְּמָרָא Gemarra continet  
legem, Moysi in monte Sinai datam.. XIII.  
Consequenter nec Talmud, utpote ex Mischna  
& Gemarra conflatus; sed est liber fabulis,  
mendaciis, blasphemis & aliis absurdis scatens.  
XIV. Versio LXX Interpretum est probabi-  
lium omnium versionum prima. XV. Est ad-  
huc authentica. XVI. Paraphrases Chaldaë  
sive תְּרַגְּמוֹת non sunt divinæ auctoritatis, in  
multis tamen textum Hebræum dilucidant, at-  
que ex iis varia dogmata contra Judæos pro-  
bari queunt. Vid. a §. VIII. XVII. Præser-  
tim Targum Onkelos אֲוֹנְקֵלוֹס in Pentat.  
& תְּרַגְּמוֹת יוֹנָתָן בֶּן עֻזִּיאֵל Targum Jonathæ  
filii Uzielis in Prophetas priores & postero-  
res. XVIII. Hac duo puriora sunt cæteris tri-  
bus Targumim. Atque juxta communio-  
rem ante tempora Christi jam extiterunt.

EX FONTE HEBRAEO.

XIX. Gen. 3. v. 15. וְהָיָה יְשׁוּפֵךְ רֹאשׁ To  
vertendum est: Et ipse conteret caput tuum.  
Non minus de Messia Redemptore, Deo homine  
explicandum est. XX. Illud 4. v. 7. וְאַלֶּיךָ  
תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשַׁלְּבוּ: Vulgata bene vertit:

Sub



Sub de erit adpetitus ejus, (scil. peccati) & tu dominaberis illius. Igitur Cain habuit libertatem indifferentiæ. XXI. Pariter vulgata Gen. 14. v. 18. וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֵלְיוֹן recte addit causalem: Erat enim Sacerdos Dei altissimi; & quidem typus Christi offerentis Sacrificium panis & vini. Conf. Psal. 110. v. 4. XXII. C. 47. v. 31. legendum est: וַיִּשְׁתַּחֲוֶי יִשְׂרָאֵל עַל רֹאשׁ הַמִּזְבֵּחַ Et adoravit Israel ad fastigium virgæ ejus. Ita LXX, ad Hebr. 11. v. 21. XXIII. C. 49. v. 10. לֹא יִסּוּר יְשֻׁבֵט Non recedet Sceptrum &c. continetur celeberrimum de adventu Messie vaticinium.

EX PENTATEUCHO HEBRAEO - SAMARITANO.

XXIV. Gen. 2. v. 2. Et complevit Deus בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי in die septima, melius legit Samarit. בַּיּוֹם הַשְּׁשִׁי in die sexta; ita & LXX ἡμέρα τῆ ἕκτῃ die sexta. XXV. C. 2. v. 4. וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד Et erunt in carnem unam. Ex Sam. addendum est: שְׁנֵיהֶם ambo illi; ita LXX οἱ δύο. Matt. 19. v. 5. XXVI. C. 4. v. 8. וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל-אָבֶל Et dixit Cain ad Abel: Supplendum est ex Sam. נִלְכְּדָה הַשָּׂדֶה Eamus in



campum. Ita  $\text{\textcircled{LXX}}$  Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον  
Dion *transgrediamur in campum.* XXVII.  
C. II.  $\text{\textcircled{v}}$ . 32. Et fuerunt dies Thare  $\text{\textcircled{v}}$   
שנה  $\text{\textcircled{v}}$  ומתים  $\text{\textcircled{v}}$  שנים  $\text{\textcircled{v}}$  quinque anni  $\text{\textcircled{v}}$  ducen-  
ti anni. Melius Sam.  $\text{\textcircled{v}}$  וארבעים  $\text{\textcircled{v}}$  חמש שנים  $\text{\textcircled{v}}$   
quinque anni, & quadraginta & centum anni. *Servata hac lectione difficultas  
inter Gen. II.  $\text{\textcircled{v}}$ . 32. 12.  $\text{\textcircled{v}}$ . 4.  $\text{\textcircled{v}}$  Act. 7.  
 $\text{\textcircled{v}}$ . 4. quam S. Hier. in Quæst. Hebr. indif-  
solubilem nominat, soluta est.* XXVIII.  
C. 20.  $\text{\textcircled{v}}$ . 13.  $\text{\textcircled{v}}$  אָתִי אֱלֹהִים  
Quando errare me fecerunt Dii. Sam. con-  
formius cum illo Gen. I.  $\text{\textcircled{v}}$ . I. legit:  $\text{\textcircled{v}}$  התעה  
Errare me fecit Dii. XXIX. Pariter C. 35.  
 $\text{\textcircled{v}}$ . 7. XXX. C. 49.  $\text{\textcircled{v}}$ . 5. Simeon  $\text{\textcircled{v}}$  Levi di-  
cuntur  $\text{\textcircled{v}}$  בְּלִי הָמָס *vasa iniquitatis.* Ex Sam.  
verius legendum est:  $\text{\textcircled{v}}$  כלו חמס מברתיהם  
consummarunt iniquitatem machinationum sua-  
rum (a rad. כרה paravit, molitus est. Ita  $\text{\textcircled{v}}$   
LXX. συνετέλεσαν ἀδινίαν ἐξαιρέσεως αὐτῶν  
consummarunt iniquitatem propositi sui.  
XXXI. Ibid.  $\text{\textcircled{v}}$ . 10. Non recedet Legislator  
 $\text{\textcircled{v}}$  מִבֵּין רַגְלָיו de inter pedes ejus. Cum Sam. le-  
gimus  $\text{\textcircled{v}}$  מִבֵּין רַגְלָיו de vexillis ejus. Fuerit mo-  
do tempore Machabærum Dux ex quacunque  
tribu, vaticinium verificatur. XXXII. Ibid.  
 $\text{\textcircled{v}}$ . 10. illud  $\text{\textcircled{v}}$  שִׁילָה Schilo non sine violentia di-  
versimode vertitur. Sam. habet  $\text{\textcircled{v}}$  שְׁלָה Schala id  
est Pacificus, quod prædicatum Messie optime  
convenit.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**TIFFEN** Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18

**TIFFEN** Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G		K				C	Y	M			